

3. *Sacramenti huīus naturam & qualitatēm Articulus nonus Confessionis nostræ, perspicua admodum brevitate & brevi perspicuitate expedit.*

4. *Quam licet in ipsis comitij Responsio Cæsar is & Catholicorum principum per omnia approbarit: postmodum etiam Iohannes à Daventria, Cochlaeus, Hoffmeisterus & reliqui, Articulum istum cum Ecclesia Catholica Romana per omnia consentire, jūdicarint: uti patet ex Harm. Fabr. pag. 186. & 107. haud tamen parum ejus decorum deformavit posterior Editio, quæ mutationis aliquid Prototypo temere attulit.*

5. *Quod et si leviculum, ac exigui momenti esse videtur: Cavillandi tamen materiam adversarijs haud exiguum suppeditavit,*

6. *Patet hoc ex animadversione Andreæ Fabricij Leodij, scribentis: Mirum est, cur Philippus in variata Confessione non simpli citer, quemadmodum in Prototypo, affirmat baptismum esse ad salutem necessarium, sed ita necessarium adstruat, tanquam ceremonia aliqua à Christo instituta, nisi quia voluit indicare, Baptismum esse duntaxat externum signum, quo peccata non tam auferrentur, quam deleri significantur. Andr. Fabr. Harm. Conf. Aug. pag. 186.*

*Impingit.*